

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est:
Solida, ad descendam & exercendam, ex evangeliis tam
dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius
notitiam, informatio**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

Exegesis

[urn:nbn:de:bsz:31-126164](#)

fit *ānātōp* juxta humanam naturam: & quoad divinam naturam *āpōtōp*; generationem enim ejus quis narrabit? Esa. 53. v. 8. nam egressus ejus ab initio est, à diebus æternitatis. Mich. 5. v. 7.

3. *Ratione munieris.* Melchisedec erat Rex Salem, sed & Sacerdos Dei altissimi: Sic Servator noster *geminum officium* habet, & non solum Rex Salem est, i. e. verus princeps pacis, Esa. 9. v. 6. quem pater suus coelestis Regem constituit, super Sion, montem suum sanctum, Psal. 2. v. 6. sed etiam Sacerdos Dei altissimi est, qui tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo, in odorem suavitatis, Eph. 5. v. 2. Nec id modo: sed & notas nobis fecit vias vitæ, Psal. 16. v. ult. quomodo veram iustitiam impetrare, & cœlum ingredi debeamus, sicut in prælecto Evangelio audimus, quod ex professo hâc de re agit, quando sub initium Evangelii ait: Nisi abumaverit iustitia vestra plus, quam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Post à legem exponit, quomodo intelligenda sit, nempe, non de externâ duntaxat obedientiâ: sed & de interioribus cordis affectibus, quos omnes perfectos, puros, & ab omnibus cupiditatibus alienatos esse oporteat, si legi satisfieri debeat.

Nos sine ulteriori præloquio ad explicationem Evangelii nos conferemus, & tractabimus ex eodem:

I. *Avθωντος sive notitiam nostrī.*

II. *Xριστωντος sive notitiam Christi.*

J. J.

Exegesis.

DE Messia prædictum est, quod purgaturus sit filios Levi, & futuros eos, quasi aurum, & quasi argentum, Mal. 3. v. 3. vid. part. I. p. 401.

Quod de Reformatione intelligendum venit, quam Jesus in carnem venturus, inter Clericos Hierosolymitanos exorbitantes instituere debebat: qui carissimum legis divinæ depositum peccatum conservaverant, turpiter adulteraverant, & traditionibus suis fermè funditus sustulerant. Imprimis illud magno zelo egit, in prolixâ concione, quam in monte quodam Galileæ habuit, ex quâ prælectum Evangelium desumptum est. Auditis enim, ait, quia dictum est Antiquis: Non occidcs. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui iraletur fratri suo tenere, reus erit iudicio, & sic ulterius.

Nos ex instituto nostro, notitiam nostrâ hinc dicere possumus, quando intuemur:

I. *Justitiam Phariseorum,* de quâ Christus in exordio Evangelii ait: Nisi abundaverit iustitia vestra plus, quam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum.

Quales Pharisei & Scribæ fuerint, id alio tempore memoratum est, nempè Legis interpres, qui arrogarunt sibi clavem scientiæ, Luc. 11. v. 52. à quibus lex perire non posset, Jer. 18. v. 18. Imprimis vero Pharisei præ aliis palmam sibi attribuerunt, unde & Separati appellati sunt, qui noluerunt esse, sicut cæteri homines, Luc. 18. v. 11. Sed Christus p' anè eosdem non probat, verum rejicit iustitiam eorum, expressè dicens discipulis suis: nisi illi iustitiae studuerint, non eos regnum cœlorum ingredi posse. Christus enim via ad cœlum est, Joh. 14. vers. 6. nec est in alio quopiam falsus. Act. 4. v. 12.

Hic probate, mi Christianæ! annon Phariseos imitatus operibus tuis nimis adscriperis, aut per hypocrisim Pharisaicâ peccaveris!

Pha-

Pharisæorum justitia fuit

1. *Justitia externa*, opinabantur enim, si legi externam modò obedientiam præstarent, neminem manu occiderent, non adulterarentur, aut proximi bona vi abriperent, & ita ulterius: sc̄ coram Deo justos esse, & vitam æternam jure sibi deberi, sicut adhuc hodiè Judæi in vanâ hâc persvassione versantur.

Verum, sicut Deus cor intueretur, L. Sam. 16. v. 7. sic etiam idem ab omnibus pravis concupiscentiis purum esse oportet. si legi divinæ satisfacere velimus. Diliges Dominum D̄eum tuum ex toto corde, Deut. 6. v. 5. & proximum tuum sicut te ipsum, Levit. 19. v. 18. Nisi hoc fiat, pharisæica est justitia, de quâ Christus ait: Appropinquat mihi hic populus ore suo, Matth. 5. v. 9.

2. *Justitia mercenaria*: operibus enim suis cœlum prometeri satagunt, & querunt justificari per legem, quod tamen impossibile legi est, Rom. 8. v. 3. sed jugum, quod neque patres nostri, neq; nos portare potuimus, Act. 15. v. 10. Breviter: quod non est ex fide, peccatum est, Rom. 14. v. ult. Atqui Pharisæorum opera ex fide profici non poterant, quia fundamentum evertebant, & inchoatorem & consummatorem fidic agnoscere nolebant, Hebr. 12. v. 2. Ideoque iisdem cœlum prometeri non potuerunt, sicut nos omnes servi inutiles sumus, nihil merentes, ut ut vitam pro virili ad legem servandam compontamus, sed facimus tantum, quod facere debuimus, Luc. 17. 10.

3. *Justitia superba*, opera enim sua tantum faciebant coram hominibus, ut viderentur ab iis, Matth. 6. v. 1. c. 23. v. 5. Id iniquum erat. Uxor honesta, non idem ornata, ut aliis, sed marito suo placeat, sicut de Phocionis uxore dicitur, quod cum, ut cultius

le vestiret, exhortata esset, responderit: Mihi hoc ion mundus est, jam vicesimum annum Dux Atheniensis. Sic nostrum est, ad Christi placitum, non alterius nosinet decorare. Quia maritus tuus erit, qui fecit te, Dominus exercituum nomen ejus, & Redemptor tuus sanctus Israël, Psal. 54. v. 5. Mētricius verò ornatus est, quando bona patramus, ut laudem vencimur, & hominibus placeamus. Ideoque opera ejusmodi ad ostentationem composita, cum scortatoribus & adulteris partem habebunt. Apoc. 21. v. 8.

4. *Justitia falsa & hypocrita*: Exterius enim videbatur sancti, interius verò in corde erant malitiosi, habentes speciem pietatis, 2. Tim. 3. v. 5. Alligabant onera gravia & importabilia, Matth. 23. v. 4. 13. 23. 24.

O justitiam pauperissimam! Hâc sanè ratione in regnum cœlorum nemo veniet, nec coronam justitiae reportabit, quam Dominus promisit adventum suum diligenteribus, 2. Tim. 4. v. 8. Spes enim hypocritæ peribit, Job. 8. v. 13. 14.

Cum Christus sicutum videret securus viam, in quâ foliatum invenit, maledixit illi, Matth. 21. v. 19. Hypocritæ sunt arbores sicut ejusmodi, nil nisi folia habentes, id est maledicti sunt, & tandem ut arbores steriles excidentur, & in ignem mittentur, Matth. 3. v. 10. ubi urentur in sempiternum, Judith. 16. v. 21.

5. *Justitia humana*. Ipsi enim sibi varias traditiones confixerant, quas majoris astimabant, quā mandata Dei: propter ea rectè à Christo redarguebantur, Matth. 11. 2. Deo enim magis obediendum est, quā hominibus, Act. 5. v. 19. Hinc Deus expressè ait: In preceptis patrum vestrorum nolite incidere, Ezech. 20. v. 18. 19.

Dominica VI. post Trinitatis.

270

Quodsi vitam nostram ad hanc Pharisæicæ justitiae delificationem examinaverimus, reperiemus, quod inter Christianos major Phariseorum numerus inveniatur, quam ipsi censeamus. Judas enim multos fratres reliquit, qui Christum osculantur & salutant, *Luc. 22. v. 47.* sed interea septemabominationes sunt in corde eorum, *Prov. 26. v. 25.* Omnia enim, quæ bene agunt, sunt vapor tantum ad modicum apparet, & deinceps non apparet, *Jac. 4. v. 14.* Os precatur, cor imprecatur; exterius nitent ut oves: interius fætent ut hædi, qui libertatem Christianam habent, velut velamen malitiæ, *I. Petr. 2. v. 16.*

Veri Christiani abstineant hâc hypocrisi. In Christo Jesu enim veritas, *Eph. 4. 21.* Et quemadmodum Deus in V. T. cygnum avibus immundis annumeravit, de quibus Israëlitis neq; comedere neq; sacrificare fas fuit: sine dubio ex hac ratione, quia carnem nigrum habent, quam niveis pennis tegunt, *Levit. 11. v. 17.* Sic & ejusmodi hypocritæ exterius specie boni superbiunt: at interius nigri sunt, & pleni vitiorum, ideoq; Deus eosdem detestatur & disperget, *Ps. 12. 4.*

II. Species homicidiorum. Audistis, ait Christus, quia dictum est Antiquis: Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, &c.

Antiquorum nomine hic non intelliguntur, Sancti Patriarchæ & Prophetæ, qui in V. T. vixerunt, quibus verus quinti præcepti sensus non abstrusus fuit, sicut & in lege Mosaicâ, odium, ira, cum vindictâ expressè prohibita sunt, *Levit. 19. v. 17. 18.* Sed Majores Judæorum ab aliquot seculis, qui post Prophetarum tempora in vivis fuerunt, qui legem Dei inventis hominum ita adulteraverant, & ut Dei mandata commendatum ibant.

Rem ipsam quod attinet, duplice modo contra quintum præceptum peccari potest:

I. Facto externo, quando proximus bombardis, ferro vel veneno, aut simili modo necatur, vel alii necando traditur, aut proditur, sicut Absolon pueris suis fratrem Ammon percutiendum imperavit, *2. Sam. 13. v. 28.*

Homicidium est, quando conceptio impeditur, *Gen. 38. 9.* sive medicinâ fetus interficitur vel depellitur, seu mulier prægnans percutitur, ut abortum faciat, *Exod. 21. v. 22.* aut opprimitur infans in somno, *1. Reg. 3. v. 19.*

Homicidium est, quando proximus per proditioñem hostibus traditur, aut peitilenriâ & aliis morbis contagiosis inficitur, aut falso testimonio oneratur, quo occasio ejus morti præbetur; aut in egestate relinquitur, ubi adjuvari potuisset.

Huc quoq; *αὐτοχεὶα* pertinet, quando homo sibi ipsi manus infert, & vel gladio se perimit, uti Saul, *1. Sam. 31. v. 5.* vel suspendit, sicut Judas, *Math. 27. v. 5.* vel de faxo se præcipitat, uti Rhatis, *1. Macc. 14. v. 43.*

Homicidium est, quando cum proximo irascimur, aut alteramur, & irati maledicemus illum impetimus, aut clandestinò famam ejusdem fugillamus, quo ipso, incommodum vel mors ei attrahitur, sicut Sacerdoti Abimelech à Doeg contigit, *1. Sam. 22. v. 18.* hoc scripturæ vocatur, lingua percute, *Jer. 18. v. 19.* *Psal. 57. v. 5.*

Homicidium est, quando proximo maledicimus & mala imprecamur, sicut Bileam conductus est ad maledicendum Israëlitis, *Num. 22. v. 6.* Item: quando judicamus & condemnamus eum, ut incola insulæ Melitz

litterae Paulo fecerunt, Act. 28. v. 4. item quando rixantes mordemus, & comedimus nos invicem, Gal. 5. v. 15.

Homicidium est, quando iracundiam gestibus externis indicamus, ut Cain, Gen. 4. v. 5. & Laban, Gen. 31. v. 5. Cor enim hominis immutat faciem ejus, Sir. 13. v. 31.

Sic & proximus occiditur, quando deridemus eum, Luc. 16. v. 14. aut stridemus dentibus in eum, Act. 7. v. 54. aut spiramus minas, Act. 9. v. 1. aut murmuramus velut operarii in vineâ, Matth. 20. v. 11. & si qui gestus plures sint, quibus animus vindictæ cupidus proditur.

2. *Motu interno*, quando odio & invidiâ implacabili proximum prosequimur, sicut Esau Jacobum, Gen. 27. v. 11. seqq. Haman Mardochai, Esth. 3. v. 5. Saul Davidem, 1. Sam. 22 seqq.

Sic adhuc hodie nihil familiarius est, quam ut alter alterum odio habeat, idq; iæpè sine ratione, ubi nulla offensio intercessit, sicut & Martialis ait:

Non amo te, Sapidus, nec possum dicere
quare,

Hoc tantum possum dicere, non amo te.

Quicquid hujus sit, homicidium sancte in oculis Dei est. Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est, 1. Joh. 3. v. 15.

Hic quilibet cor suum inspiciat, & probet, annon modo horum aliquo, contra quintum præceptum deliquerit, & cadi reum se fecerit?

Quis justificare se hinc poterit? Siquidem mundus nihil aliud est quam spelunca latronum: & postquam terra parricidio sanguinis Abelis irrigata est, jam continuo eruorem humanum sicut, eoq; non potest exsaturari: hinc indies Diabolus operosus

est ad nova bella excitanda, ut sanguis humerus effundatur, tanquam aqua, Ps. 79, 3.

Ne jam multa dicam, de odio, invidiâ, irâ, rixis & dissensionibus, quæ ubiq; invaderunt, & pro peccatis non reputantur. Imò multi ideò sacrâ cenâ abstinent, & peccata peccatis cumulant, quia cor suum invidiosum & vindictæ cupidum superare nolunt, & in gratiam cum proximo redire, quin potius salutis jacturam faciant. His via complanata lapidibus, profunditas inferni, Sir. 31. v. II.

Veri Christiani abstineant hisce vitiis, & caveant, utiram in pectori suo alant, aut vindictam exerceant; Deo potius eandem commendent, qui justus judex est, cujus oculi aperti sunt super omnes vias filiorum hominum, Jer. 32. v. 19.

III. *Leyes reconciliandorum*, quas Christus tam offendenti, quam offenso præscribit. Offendentem Christus ita alloquitur: Si ergo offters munus tuum ad altare, &c.

In his verbis offendens à Christo jubetur, injuriam suam agnoscere & offenso pro qualitate delicti satisfacere: si furto lassit, ut restituat, sicut Zachæus, Luc. 19. v. 8. Si defamavit, & famam depeculavit, ut palindram canat, & deprecetur; nisi enim hoc fiat, offensus non tenetur ei condonare, juxta illud Christi, Luc. 17. v. 3. 4. Sicut nec Deus pater cœlestis eos, qui ad frugem redire & peccata deprecari nolunt, gratiâ & vicâ dignatur. Sed in hoc casu probè observanda est Regula S. Augustini: *Vitia non homines oderis*: præterea omnia media tentanda sunt, quibus offensor ad agnitionem, & depreciationem adduci possit, sic salvasti animam ejus à morte, & operies multitudinem peccatorum, Jac. 5. v. 20.

Offensum vero quod attinet, jubet eum

Chri-

Dominica VI. post Trinitatis.

272

Christus, ut consentiens sit adversario suo, & quidem citò, dum est in via cum eo, & tempus remittendi. Quod consentit cū illo Siracidis: Omnis injuria proximi ne memineris, Sir. 10. v. 6. & Paulus ait: Induite ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscerata misericordia, Col. 3. v. 12. scqq.

Hic examines velim te, utrum ad regulas hanc prescriptas conformaveris te, & non modo ab offendo tuo gratiam delitti petieris: sed & ab eo rogatus facilem te & promptum exhibueris?

Hoc ita fieri debet, si Christi genuini discipuli esse velimus. Est enim mandatum novum, quod Apostolis suis & nobis omnibus proxime ante abitum ex hoc mundo dedit, Joh. 13, 34. Hinc clamat: Discite à me, quia misericordia sum, & humiliis corde, Matth. 11. v. 29.

Sed parum observatur in mundo hoc risicho. Magnates & principes, saepè de lanâ caprinâ contendunt, & bella excitant, quod qui vilioris conditionis sunt imitantur, dum iracundiae frena laxant, & ad omnem injuriam proximo inferendam proni sunt.

Sed graviter hoc ipso peccatur. Ira n. viri justitiae Dei non operatur, Jac. 1, 20. Propterea veri Christiani illam fugere, & mansuetudini studere debent, ne vincantur à malo, sed vincant in bono malum, Rom. 12. v. ult.

Fecit idem Rex Saul, 1. Sam. 10. v. 27.

Julius Cæsar, cum à quopiam offendisset, adeò non commovebatur, ut diceret: *Indignus est Cæsar's ira.*

Sic & Socrates cum à quodam calce impeteretur, amicis vindictam svadentibus, respondit: *Quod si me a sinu calcibus pateret, num dicam ipsi scriberem?* Sic non nimis injuriam illatam exasperare debemus: *Quibusdam canibus invatum est, ut non pro fers-*

tare, sed pro consuetudine latrent,

inquit Soneca. Sic & cum hominibus nonnullis qualis natum est litigium, ita ad contentiones promunt. Patientia itaque veri Christiani instructi sint oportet, ne à contentiosis humusmodi ad iram irritentur, siquidem verum est illud Poëta:

Fortior est, qui se, quam qui fortissima vincit

Mœnia, nec virtus altius ire potest. Quod Salomo sic explicat: Melior est patientis viro fortis: & qui dominatur animo suo expugnatore urbium, Prov. 16, 32.

De Secundo.

Pergemus nunc ad alteram partem, *χειρονομias, sive notitiam Christi meditaturi.* Hic nobis proponitur in Evangelio hoc contemplandus

I. *Tanquam vera justitia commendator,* ideo ait ad Discipulos suis: Nisi abundaverit justitia vestra plus, quam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum.

Qualis illa est justitia?

Hæc est, quam Christus nobis acquisivit. Egemus enim gloriâ Dei, Rom. 3. v. 23. Qui potest dicere: mundum est cor meum, purus sum à peccato? Prov. 20, 9. At quod nobis natura denegavit, juxta quam sumus filii iræ, Eph. 2, 3. Id impetravimus ex gratiâ, per redemtionem, quæ est in Christo Jesu, Rom. 3, 24. qui factus est nobis sapientia à Deo, & justitia, & sanctificatio & redemptio, 1. Cor. 1, 30. Quæcumque itaque nobis hæc in parte desunt, in ipso invenire possumus, & gratiam pro gratia accipere, Joh. 1. v. 16.

Justitia ejus est

I. *Justitia consummata,* Non enim saltem totam legem implevit, eiq; pro nobis perfectam